

O L E A

per

DISTILLATIONEM.

OLEA ESSENTIALIA.

Ex RADICE Sassafras;

Ex LIGNO Rhodio;

Ex FOLIIS Absinthii,

Majoranæ,

Menthæ piperitidis,

vulgaris,

Origani,

Pulegii,

Rorismarini,

Rutæ,

Sabinæ;

Ex FLORIBUS Chamæmeli,

Lavendulæ;

Ex SEMINIBUS Anethi,

Anisi,

Carui,

Cymini;

Ex BACCIS Juniperi;

Ex AROMATIBUS,

Caryophyllis aromaticis,

Nuce moschata, et aliis.

HÆC

OLEA per DISTILLAT. 33

HÆC olea eliciuntur distillatione ex alem-
bico cum vase frigidario satis amplo. Ad præ-
cavendum autem empyreuma, materiæ adden-
da est aqua, in quâ etiam maceranda est ante
distillationem. Oleum unâ cum aquâ egredi-
tur, et vel innatat, vel fundum petit, prout
levius vel ponderosus est.

OLEUM BUXI.

BUXI fragmenta in retortâ igne arenæ gra-
datim aucto distilla: cum spiritu acido prodibit
oleum infundibulo a spiritu separandum.

OLEUM LATÉRITIUM.

LATERES candefactos oleo olivarum im-
merge, donec omne oleum imbiberint: tum
exemptos confringe, ut in retortam immittan-
tur; et, igne arenæ gradatim aucto, prodibit
oleum cum spiritu, qui separandus est.

OLEUM

PETROLEI BARBADENSIS.

PETROLEUM Barbadense distilletur igne
arenæ, et oleum cum spiritu ascendet.

OLEUM TEREBINTHINÆ.

TEREBINTHINA cum aquâ distilletur ex
vesicâ cupreâ, ut olea vegetabilium essentialia.

POST distillationem remanet in vesicâ Re-
sina flava.

HOC oleum sæpe, quamvis impropiè, Spi-
ritus terebinthinæ vocatur.

C

OLEUM

34 OLEA per DISTILLSAT.

OLEUM TEREBINTHINÆ

æthereum,

et

BALSAMUM.

OLEUM terebinthinæ distilletur ex retortâ lenissimo igne, donec, quod restat, balsami crassitudinem acquisiverit.

BALSAMUM terebinthinæ etiam distillari potest ex resinâ flavâ, unde, potest oleum tenuius, quod separatim auferri debet, prodibit balsamum crassum, remanente in fundo retortæ Resinâ nigrâ vel Colophonîâ.

OLEUM COPAIVÆ

compositum.

℞. Balsami copaivæ p. libras duas,

Gummi guaiaci p. uncias quatuor.

DISTILLATIONE ex retortâ eliciatur M. libra una.

SALES, et SALINA.

NITRUM PURIFICATUM.

NITRUM in aquâ coquatur, liquor per chartam coletur, deinde post idoneam exhalationem seponatur in loco frigido, ut nitrum in crystallos concreseat.

EODEM modo purificatur Sal ammoniacus-

ALU-